

DE
FIDEI COMMISSIS
Præfertim Universalibus,
TRACTATUS
FREQUENTISSIMUS,
M. ANTONII PEREGRINI
PATAVINI

Serenissima Republicæ Veneta Jurisconsulti & Equitis,

Et in Patavino Gymnasio Juris Pontificii Primæ Sedis Matutinæ
Antecessoris optimè meriti.

Omnibus tam in Scholis, quam in causarum Foro versantibus admo-
dum utilis, ac pernecessarius.

Ab eodem ultimahac est post GERMANICAM EDITIONEM, summa di-
ligentia recognitus & compluribus additamentis recenter adauctus
& illustratus.

EDITIO UNDECIMA.

In Qua novissimè additæ sunt notabilissimæ remissiones ad Consil. Tract. & Decisi ejusdem Auctoris in quoli-
bet Articulo & Numero, utilissimæ, & accommodatissimæ tam in Consilendo, quam in Judicando, cum
quibus dilucidatur in particulari doctrina universalis tradita in hoc eodem frequentissimo Tractatu, hoc
sigmo notata.

AUCTORE CASP. LONIGO JUD.

E stensi, Ejusdem Execlentissimi Peregrini olim Auditore.

CUM SUMMARIIS. ET INDICE LOCUPLETISSIMO.



Typis Philippi Frivet, & sumptibus VVolfgangi Endteri,
Bibliopole Noribergensis. Anno M DC XLV.

AD LECTOREM.



UM jampridem in assidua forensi exercitatione celeberrimam, & maximè necessariam tractationem fideicommissariam animadvertissem, pro viribus insudare cœpi, ut illa aliquando meis laboribus absoluta in lucem prodire; putabam enim materiam hanc quasi propriis suis terminis clausulam, atque contentam, facile brevibus comprehendi posse. Verū, cum ad intimos hujus rei graudus pervenisset, Rem admodum variam, ac maximè obscuram, opus grave, & provinciam satis arduam, me suscepisse perspexi, ita, ut ab incœpto non semel desistere cogitaverim. Non enim commode hujus retractatum absolvī posse cognovi, quin prius universa testamentaria tractatio, & ultimarum voluntatum Principes partes magnis vigilis peragerentur. Quia in re, quam varia, & inter se diversa occurrant doctissimorum Auctorum sententiae, quantæque circumferantur perdifficiles, atque summopere complicatae questiones, nemo juris studiosus est, qui ignoret. Praterea cum materiam ipsam fideicommissariam viri insignes, & Jurisconsulti Clarissimi, tum commentariis suis, tum etiam responsis, ac propriis tractatibus conscripsissent, hanc meam operam supervacaneam fore serebar. Itaque difficultas rerum, quæ in tractatione occurrunt: Amplitudo materiae, quæ longe lateque patet, lucubrations diurnæ, occupationes meæ in negotiis continua, & mea mesuadebat in primis meipius cognitio, quifacile sentio, quām sint exiguae vires meæ, ut onus voluntarie sumptum omnino objicerem, atque penitus desererem. His ergo curis, & cogitationibus commotus, atque perturbatus, anceps diu fui, quid mihi per agendum esset. Prävaluuit tamen in me ratio quædam naturalis, & publicæ utilitatis finis, ne, scilicet, opus captum, & innumeris laboribus per multa temporis spacia comparatum, & actum desererem imperfectum, & perpetuo ianquam abortum in tenebris jacere permitterem, sed, ut potius ianquam gratam sobolem, & humano generi aliquantis per utilem in lucem ederem absolutum. Inde validius dies noctesque in eo ordinando, ac perficiendo insudavi, sic ut universam fideicommissariam tractationem, Deo duce, tandem peregerim, atque hoc uno opere complexus sim, quod in quinquaginta tres Articulos facilioris doctrine causa divisum esse volui, subordinatos & coaptatos quam optimè potui. Et quoniam me, quemadmodum jam dixi, publicæ utilitatis ratio tractationem hanc perficere impulit, ideo questiones inutiles penitus deserui, utiles verò propriis rationibus, atque argumentis ornatas delegi, & in his à locis rem ipsam comprobantibus nunquam discessi, scribentiumque auctoritates in aperienda veritate, quantum mihi lumen rationis, & conscientia optimarum testis tribuit, secutus sum. Nec meum fuit candide lector consilium



ARTICULUS PRIMUS.

FIDEICOMMISSUM
QUID SIT,

ET, QVI FIDEICOMMITTERE POSSINT;
Et an Fideicommissa sint favorabilia vel odiosa.

S V M M A R I V M.

- 1 Fideicommissorum quedam sunt universalia, quædam particularia.
 - 2 Fideicommissariæ hereditatis quid sit.
 - 3 Fideicommissaria substitutio dicitur obliqua, & differt adirella.
 - 4 Dilectio qui succedit, ubi hereditas jaceat.
 - 5 Fideicommissum particulare quid sit.
 - 6 Fideicommissorum usus originem habuit sub Cesare Augusto.
 - 7 Fideicommissa relinquare qui possint, inspeccio tempore mortis.
 - 8 Et qui inspeccio tempore fideicommissi ordinari.
 - 9 Et qui pro aliquo testari potest, fideicommissere quoque vult.
 - 10 Fideicommissa ab his relinqui possunt, quibus deratur, vel non admittantur.
 - 11 Denatio causa mortis substitutus potest per fideicommissum.
 - 12 Donatio substitutus potest per vulgarem, & quod modo, non autem per fideicommissum, viuis ramen alios in rem substitutio dabitur.
 - 13 Donatio causa mortis facta per eum, qui testari nequit, usum fideicommissi, & ultima voluntat non obtinet.
 - 14 Idemque substitutus de absente facta citra stipulationem notarii non valbit.
 - In donationibus causa mortis locum habet, legiones, &c. ad don. quæ sub mod.
 - 15 Fideicommissaria substitutio in beneficiis per contrahens fieri nequit.
 - 16 Substitutio directa fieri potest in beneficiis per contractum.
 - 17 Fideicommissa relinqui possunt à successoribus investitis: sicut à legitima hereditate pupilli in potestate patris existentibus.
 - 18 Hares hereditatis, & legatory grauari potest per fideicommissum.
 - 19 Non tamen potest in plus granari.
 - 20 Fideicommisso grauari possunt, pater, dominus, & Monasterium, quibus ex persona scripti, si ligii, & Monachis res acquiritur.
 - 21 Fideicommissa non possunt relinqui ab his, qui peculariter honorati non fuere.
 - 22 Fideicommisso grauari non possunt, qui non habent a testatore, sed aliunde ex legato beneficio.
 - 23 Fideicommissorum materia, an sit favorabilis, vel odiosa.
 - 24 Dispositio aliqua, an sit favorabilis, vel odiosa principale disponentis intentio attendatur.
 - 25 Odiosa, quæ sic eo consequentiam dispositiæ non possit procedere, non consideratur.
 - 26 Fideicommissum allegantis opus docendi incumbit.
- M. Ant. Peregr. de Fideicommissis.
- 27 Fideicommissum non extenditur de persona ad personam, etiam quod attenta latè significatio vocabuli continetur.
 - Filiorum appellatio in fideicommissis ex parte generali non includit nepotes.
 - 28 Prohibitio de alienando relata ad filios, non includit nepotes, semita ut ab ipsi post Alcasat.
 - 29 Utens beneficio alius eius legis, aut statutis, debet ea visitam proficere, quam contrarie.
 - 30 Fideicommissum eisam ex parte honorari non protervidatur de persona ad personam.
 - Nisi persona continetur sublata significatio vocabuli.
 - 31 Filiorum appellatio in conditionsibus, nepotes, & ultiores includit.
 - 32 In dispositiis vero, eisam ex parte honorari non contineri, permittit etenim.
 - 33 Fideicommissorum honor non operatus, ut quod plus est, debatur, nisi alias fideicommissum constitutum intercedere, n. 35.
 - 34 Lex, cogi, in princ. ff. ad Trebel. declaratur.
 - 35 Presumpcio pro altera validitate præualeat omnibus alijs.
 - 36 Fideicommissum non extenditur de casu ad causam.
 - Immobilium in utroque simplici factum non protrahitur ad causam maxem.
 - 37 Item nec ad certum tempus factum ultra profertur.
 - 38 Fideicommisso pro, an contra, sit decisio pronuntiandum, plures referuntur pro fideicommisso sensisse.
 - 39 Alij contra.
 - 40 Fideicommissum cum sensu recipit suam firmatatem, strictio accipitur.
 - 41 Declarationes in lege ex facto, s. si quis auctor. ff. ad Trebel.
 - 42 Declarationes testi. in g. i. Inflit. de fideicommissario.
 - 43 Fideicommissorum honor in quibus confidat.
 - 44 Voluntas etiam conscientia sufficit in fideicommissis.
 - 45 Fideicommissa autem relinqui possunt, & ex voluntate minus solemnis debentur.
 - 46 Verba qualunque etiam de precativa sufficiunt in fideicommissis.
 - 47 Item denotantia testatoris desiderium.
 - 48 Dummodo relata sunt ad granatum, non ad bonatum.
 - 49 Verbi autem denotantia consilium non sufficiunt.
 - 50 Item que commandandi aliquena causa prolatare facere.